

lieres: aliis mammæ (quod non displicet) aliis *δύοχόοι*, à *Schadáh*: Junio symphonia, in qua ex discordibus & se vastantibus ac infringentibus sonis harmonia conflatur; à *Schidád*.

v. 9.

bb. exaggeratà

αα. quantitate, in cōparatione priorū.

ββ. connexo, integritate sapientiæ,

v. 9. ne scilicet insolesceret; & ut solet fieri, *κόρη* & *ὄβριον* apud ipsum gigneret.

v. 10.

γγ. cupiditatis mensura, &amp; fructu, lætitia affecutione, v. 10.

v. 11.

cc. damnat vanitatis. tum quia est *depassio spiritus*, (nimirū dum id appetitur, speratur, paratur, habetur, amittitur &c.) tum quia *nihil reliqui inde est*. v. 11.

v. 12.

b. comparatam. Hic est

j. *deíðeíðis*: declarata à facultate eximia & incomparabili. Nam quid esset homo alius quivis, ut veniat post regem, h. e. ut attingat regiam facultatem (confer post, quod est Gen 16:13. *etiamne hucusq; vidi post videntem me*, h. e. ad tantam propinquitatem ex tantillo intervallo visu attingi eum, qui videt me?) quem jam *perfecerunt?* v. 12. *Ech aschév* pro *aschév othó*; ut Zach. 12:10. *Yasóth* autem est perficere, & rebus omnibus exornare. Conf 1. Sam. 12:6. *Dominus, qui fecit Moysen & Aaronem*. *Kebár*, vel *jam*, q. d. ita ut ipsi non admodum laborandum sit, ut se instruat rebus ad magnificentiam & voluptatē pertinentibus: vel, *ut liquet ac clarum est*: q. d. pro claro. Hæc enim est vis vocis. vide mox v. 16. *Fecerunt*. q. d. Deus & creaturæ omnes ad eum exornandum contulerunt studium suum. Alibi impersonaliter nonnunquam usurpatur tertia pluraliva.

v. 13.

ij. *xeíðis*

l. differentia. vers. 13. Sapientiam præ stultitia, hoc est, delectatione in rebus vanis, habere tantam præcellentiam, quanta est lucis præ tenebris: subintellige, e iam si sapientia cum dolore & cruciatu conjuncta sit (supra 1. v. 18.) & stultitia cum lætitia. Ratio, quia *sapiens est oculatus*, hoc est, observat opera Dei, expendit res, providet futura, metuit & cavet, quæ par est: at *kesil*, stultus, *in tenebris* sit. Conf. Prov. 17:24. Vocabulo *Kesil* temperamentum sapientiæ à *sich'úth* præcidit. Fieri enim potest, ut *sapiens* & *sachál* iisdem rebus æqualiter afficiantur; atque ita sapiens sit quodammodo